

morum non descendant in terram, sed ex singulis navibus mittantur si opus fuerit solum provisores non armati, munitione centum personarum in toto non excedentes, et gerent quamdiu illos praedictorum victualium provisionem ibidem morari contigerit.

Item, conventum concordatum et conclusum est, quod, ad securitatem commoditatem utrorumque Serenissimorum Regum praedictorum Rex Catholicus, expensis suis, infra tercia die mensis Majj proxime futuri, instruet et armabit cum machinis et instrumentis bellicis quinque naves cum certo numero armatorum, quae naves mare transcurrent a mare hyspanico usque ad Anthonom; et par formiter dictus Serenissimus Rex Angliae suis expensis instruet et armabit quinque naves cum machinis et instrumentis bellicis, cum certo numero armatorum, quae naves discurrent et transcurrent ab Anthona usque ad Flandriam, et capitanei et ductores predictorum Regum habebunt in mandatis quando cumque opus fuerit, se coniungere, mutuo auxiliari et mare a quibuscumque hostibus vel pyratis conservare tutum et liberum, ad conservationem personarum dictorum Regum et principum.

Item, conventum concordatum et conclusum est, quod ceteri tractatus confederationum, ligarum, amicitiarum et intelligentiarum inter dictos Reges existentium ante haec conclusi et jurati, quibus hactenus derogatum non est, vel huic tractatui non 273 contrariantur, suum debitum sortiantur effectum, nec per hunc tractatum mutui colloqui in aliquo est ab eis vel aliqua eorum parte recessum.

Item, conventum concordatum et conclusum est, quod quamprimum præsens tractatus per nos et Serenissimi Angliae Regis deputatos oratores commissarios et procuratores praedictos sigillatus fuerit, nos et praedicti oratores jurabimus ad sacrosancta Dei Evangelia in animam Serenissimorum Regum dominorum nostrorum respective, quod praedicti Reges et eorum quilibet hunc præsentem tractatum et singula capitula in eo contenta observabunt et observabit observari, nec facient et facient eorum quilibet etc.

Item, conventum concordatum et conclusum est, quod infra XXX dies computandos a data præsentis tractatus, praedicti Serenissimi Reges et eorum qui libet dabunt tradent et liberabunt, dari tradi et liberari, vel facient et faciet oratoribus vel oratori dictorum Regum apud suas Serenitates residentibus vel residenti, litteras suas confirmatorias in bona et ampla forma, per quas promittent bona fide et in

verbo regio quod inviolabiliter servabunt et servari facient præsentem tractatum et singula in eo contenta, supplendo quoescunque defectus tam juris quam facti, quorum vigore litterarum mandatarum mandatorum et commissionum inferius insertarum possent quoquomodo de invaliditate impugnari vel redargui.

Sequentur tenores commissionum de quibus fit supra mentio.

In quorum omnium et singularum præmissarum testimonium atque fidem, nos oratores ambasciatores et commissarii Serenissimi et potentissimi Regis Angliae et Francie domini nostri supranominati, præsentes litteras sigillo nostro sigillavimus, et manibus nostris subscrispsumus.

Date in civitate Londini die XI mensis Aprilis anno Domini 1520.

Item, conventum concordatum et conclusum est, quod die XI Aprilis praedicti, per nos oratores praedictos, virtute commissionum nostrarum praedictarum, quod quando dictus illustrissimus Rex Angliae et Francie et serenissima ejus consors Regina cum suis comitantibus ibunt per dominium et districtum dicti Serenissimi Romanorum Hispaniarum Regis, tunc dicto Angliae Regi, ejus consorti Reginae et reliquis eos comitantibus superioritas et præheminencia quamdiu ibi fuerint aut manserint respective dabitur; et par modo, quando dictus Serenissimus Romanorum et Hispaniarum Rex ac illustrissima domina Margarita amita sua cum suis comitantibus venient in districtum et dominium dicti illustrissimi Angliae regis, tunc dicto Serenissimo Romanorum et Hispaniarum Regi illustrissimæ dominæ Margaritæ amitæ sue et reliquis eos comitantibus superrioritas et præminentia quamdiu ibidem fuerint aut manserint, respective par formiter dabitur.

Item, quia fortasse continget dictos principes, eorum proceres, nobiles et familiares, ut eo mutuus acreseat amor ac intimior firmiorque propagetur amicitia se se invicem conversare et familiariter conversari, igitur, ut id commodius et tutius usque omni periculi suspicione sive metu sive inter diu libere facere possint, conventum, concordatum et conclusum est die XI Aprilis supradicto inter nos oratores praedictos, quod duo nobiles cum pari et aequali comitiva ad hoc conjuncti per utrumque dictorum principum respective assignanda, deputabuntur iterum custodiā tutelam et excubias continue durante dicto regum conventu diligenter observandas: qui nobiles cum sua comitiva specula-